Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uo refert lux mundi.
÷ Quid uisti rubrum mare indicui
dicunt hebrei quod in xii diui
siones. diuisum ē mare hoc ē
secundum tribum una uia
Rubrum aũ dicitur de sanguine
÷ et secutus est pharaonē & exercitũ
eius in mare rubro. benedicte ex
cussit. excussit enim eius peccata
& non egit pae ntentiam. propter
ea & mortuus est. sicut & hierusa
lem dicit. excute puluerem tuũ.
Qui per cussit reges magnos. pri
mum per cussit pharaonem.
qui intellegitur diabolus. & sic
exercitum eius;
÷ Quia in humilitate nr̃a mem or fuit
÷ nostri.
Non dixit in sapientia. Non dixit
in diuitiis. Non dixit in doctri
na. sed in humilitate nostra me
mor fui nostri. Licet enim & iste
uirtutes sunt. sed
nisi
tunc aliquis ha
buerit humili
tatem non re
ciptur adō su
per bis enim re
sistit dō. humilibus autem
dat gratiam;
÷ & redemit nos ab inimicis nostris.
Non dixit liberauit sed redemit
hoc est suo sanguine;

÷ qui dat escam omni carni.
Considerate mihi elephantum. ca
melũ bouem. ceruum. & haec
magna quadrupedia. quomodo
unum quodq; hab& in facie. oculos.
nares. os. pedes. considerate autem
minuta. hoc est muscam. formicã
pulice. & cetera. & in istis minutis
considerate. & oculos. & nares. & os.
& pedes. & omnia similiter. quo
modo & in maiore. & glorificadm̃
& omnibus. his escam praestat
aliter sicut scriptum est. & tollam
illis cor lapideum. & dabo illis cor
carnaleum. hoc est molle. quepos
sint legem dī suscipere. sinonem
duritiam suam conuertat. & fiat
mollis non potest escam accipere
& panem. qui de caelo discendit.
Vt possit dicere panem nostrum.
super substantialem da nobis hodie
hoc est qui est d& ia substantia.
in ebraico euangelio secundum
matheum ita hab&. panem nostrũ
cras tinum da nobis hodie. hoc ē
panem quem donaturus es nobis
in regno tuo. da nobis hodie—;

FINIT DEPS. CXXXV

INCIPIT PSALMO. CXXXVI.

÷ Super flumina babylonis
÷ illic sedimus & fleuimus
÷ cum recordaremur sion